



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

IX. Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Zilling, weil er ihn während seiner Minderjährigkeit so gut mit Speisen versehen, Hebungen aus den Dörfern Sanne, Ellingen und andern, am 8. April 1334.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

VIII. Markgraf Ludwig verpfändet Zollhebungen aus Schnakenburg, am 6. Oct. 1333.

Anno M^oCCC^oXXXIII^o. In Berlin, in octava beati Michaelis Recognoscimus, quod tene-
mur & obligamur singulis et univ^{er}sis computatis discretis viris hermanno de wiked^e, cui Lubu-
eenfi, & Arnoldo dicto de manfu in solidum iporumque heredibus veris & legitimis in septingentis
marcis minus decem & novem marcis argenti Brandenburgensis, quas ipsis iporumque heredibus inte-
graliter tollendas & recipiendas in medietate thelonei nostri Snakinburg, in cuius receptione, quo-
usque ipsis de prenominata summa satisfactum fuerit, sub nostre tuicionis ac defensionis presidio sine
impedimento quolibet aut iporum nuncius vel procurator quem ad hoc deputauerint permanere debe-
bunt et debent, deputauimus assignauimus & presentibus assignamus, promittentes ipsos a medietatis re-
ceptione dicti telonei antequam dictam summam totaliter consecuti fuerint non excludi nec ipsis aliquem
anteferri.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. X.

IX. Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Zilling, weil er ihn während seiner Minderjährig-
keit so gut mit Speisen versehen, Hebungen aus den Dörfern Sanne, Ellingen und andern,
am 8. April 1334.

Ludowicus etc. Singulis & univ^{er}sis ad quorum noticiam presentes deuenerint, etc. Pro eo
quod strenuus miles hen. Zilling quondam nobis quibusdamque nostris veris tutoribus
victualium nostrorum necessaria adeo laute & rationabiliter conquisiuit, extradidit
ac etiam computauit, sibi pensiones & redditus in villis videlicet Sannen paruo, Ellinche, ko-
bin, Staffeld, Storkow, Arnem & Martzan, quorum summa ad centum talenta minus novem
talentis se extendit annis singulis percipiendos deputauimus et ex nouo prenotatos redditus in dictis
villis cum singulis iuribus, libertatibus & commodis eidem pertinentibus, prout idem hucusque tenuit &
habuit, sibi et Bechtoldo fratri suo et iporum heredibus deputamus et etiam presentis scripti nostri
patrocinio confirmamus, Tali condicione interposita vel adiecta, quod nos heredes et successores nostri
poterimus et poterint dictos redditus sine iporum contradictione in toto pro quadringentis marcis ar-
genti Brand. reemere vel redimere, quandoeunque de nostri heredum vel successorum nostrorum
beneplacito fuerit voluntatis. Aditientes preterea quod quandoeunque ipsis ducente marce so-
lute fuerint, quod extunc sine dilacione nobis dictorum reddituum medietas cedat. Si vero centum marce
ipsis date siue solute fuerint quod extunc quarta pars predictorum reddituum debeat nobis sine con-
tradictione qualibet deriuari. Datum anno domini M^oCCC^oXXX quarto, feria VI^a post quafimodo geniti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXII.

X. Markgraf Ludwig verschreibt dem Ludwig von Wandersleben seinen Schutz, am 9. Nov. 1334.

Ludovicus etc. Strenuo uiro Ludovico de wandisfleuen etc. Pro eo quod nostris bene
placitis cum munitionibus tuis parere vis & intendis, prout ex relationibus strenui militis Joannis de